



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Postulat diuinum ductum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Postulat di-  
vinitatem de-  
clarat.

ret. Et quidem cū in S. Stephani, quod princeps  
Nouiomagi est templum, quondam sacrosan-  
ctum Christi corpus prope summum altare sup-  
plex adoraret, adfuit lux quædam vberior, adeoq;  
clare sub oculos posuit circumdata peccatorū dis-  
crimina, & ruinæ occasiones, vt magno angore, &  
fluētibus lacrymis institerit obsecrare Dominum,  
vt periclitanti sibi adesset, monstraretque, quam  
insistere viam deberet, vt saluus euaderet. Quæ de-  
inde Colonie, iam apud aureos Martyres (sanctum  
Gereonem hodie vocant) degenti frequens redi-  
bat cogitatio, & ardens studium, votumque, sæpe  
enim interioribus incitabatur stimulis, vt percu-  
peret, atque anxius peteret, vt sibi gratia Dei præ-  
ret dux ad certum vitæ cognoscendum ac deligē-  
dum genus, quod & ipsi Deo gratum, & salutife-  
rum sibi foret: idem quod Propheta, quanquam  
non verbis iisdem precans. Vias tuas Domine de-  
monstra mihi, & semitas tuas edoce me: & dirige  
me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Sal-  
uator meus. Hæc indoles, hoc diuinæ gratiæ Ma-  
gisterium erat.

Ann. circiter  
15. Coloniæ  
adit.

Humana verò institutio, ac disciplina puerilis  
hæc fuit. Sub annū ætatis quintum decimum, cū  
iam